15

1099, marzo. Calasanz

Pedro I, rey de Aragón y de Navarra, confirma los privilegios de Montearagón como capilla real.

(Crismón)[80]. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Petrus Dei gratia rex aragonensium siue pampilonensium, pro anima patris mei

---

80 No hay crismón en ninguna de las copias. El doc. 5 comienza: *Hoc est translatum bene et fideliter factum et extractum a quodam priuilegio originali cuius tenor talis est…*

bone[81] memorie Sancii regis et pro animabus parentum meorum et remissione peccatórum meorum et pro multis et magnis[82] uictoriis et beneficiis que Deus nobis dedit de illo loco exeuntibus et redeuntibus, facio hanc cartam libertatis et ingenuitatis ecclesie Ihesu Nazareni de Montearagon et sanctis qui ibidem sunt Eximino[83] abbati et eius successoribus de omnibus et in omnibus ecclesiis quas habet predicta ecclesia in Aragone siue in Pampilona[84] ex donatiuo de meo patre rege Sancio et meo. In ecclesiis uidelicet de Montearagon et de Lauata et de Siso[85] et de Cetrana et de Anguas[86] et de Bespen et de Blegua[87] et de Alcala et de Argauiso[88] et de Nouals et de Petraselze[89] et de Albero et de Pompieno et de Oleuito[90] et de Setimo[91] et de Castelgon et de Arbanes[92] et de Sancta Eulalia et de Castellosauals[93] et de Barlonga et de Iuueluc et de Sauaies et de Boleia et de Lopingen[94] et de Artasona et de Luar[95] et de Aierbe[96] et de Gorreia[97] et de aliis ecclesiis que sunt in Pampilona[98], in ecclesiis uidelicet de Funes[99] et de Sancta Maria de Arlas et de Marcella et de Arrada et de Alasuas[100] et

---

81 Doc. 622/4: *bene.*

82 Doc. 622/4: *magniis.*

83 Doc. 622/4: *Ximino.*

84 Doc. 622/5: *Pampilonia.*

85 Docs. 622/3 y 5: *Sieso.*

86 Doc. 622/3: *Anguoas.*

87 Doc. 622/3: *Blegoa.*

88 Docs. 622/3 y 5: *Argauieso.*

89 Doc. 622/5: Petraselç.

90 Doc. 622/4: *Oliuito.*

91 Doc. 622/3: *Sietomo*; doc. 622/5: *Setemo.*

92 Doc. 622/5: *Arbanies.*

93 Doc. 622/3: *Castel Sauals.*

94 Doc. 622/4: *Loporgaen*; doc. 622/5: *Lopinynen.*

95 Doc. 622/3: *Loar*; doc. 622/5: *Luarre.*

96 Doc. 622/5: *Ayerb.*

97 Docs. 622/3 y 5: *Gorreya;* doc. 622/4: *Correa.*

98 Doc. 622/5: *Pampilonia.*

99 Doc. 622/5: *Funies.*

100 Doc. 622/4: *Alasues.*

de Penalene[101] et de Miraculo, quam uillam ego populaui in termino de Funes et de Larraga et de Uiero[102] et de Sancta Maria de Unzue[103] et de Sancta Maria de Uxua et de Olit et de Pitellas et de Sancta Cara et de Uillazoruc[104] et de Morelofreto[105] et de Carcastello[106] quod nullus homo uiuens liber uel seruus, uillanus uel rusticus, laicus siue clericus, infanzon ermunio siue de carta uel de populacione aliqua demandet in omnibus prenominatis ecclesiis uel in omnibus earum decimis siue primiciis, oblationibus, alodiis uel in suis pertineciis uniuersis aliquam partem, ordinationem uel aliquid beneficium per fuero neque per consuetudinem aliquam contra uoluntatem predicte ecclesie Montisaragonis uel eius canonicorum sicut faciunt in aliis[107] ecclesiis que non sunt de mea[108] capella. Sed omnes predicte ecclesie et earum decimaciones et omnia ad eas pertinentia ita libere et ingenue sint in potestate et ordinatione prenominate ecclesie abbatis siue canonicorum ad seruicium eorum et de mea capella, quod nullus homo uiuens possit in eis[109] aliquam querere portionem[110], ordinationem uel beneficium nisi episcopi quartum[111] decimarum secundum priuilegium domni Urbani Pape quod pater meus cui sit requies multis precibus et muneribus adquisiuit. Que uidelicet mea[112] capella habeat de predictis ecclesiis omni tempore duas[113] in expedicione super sarracenos bonas azemilas quarum una capellam et altera tenda cum suis azemelariis honorifice portet in reditu uero expedicionis totum hoc preter capellam abbas Montisaragonis semper recuperabit[114] et cum neccessarium fuerit sicut superius scriptum est similiter prestat[115]. Cetera siquidem que in seruicio mee capelle fuerint necessaria de decimis pariarum et reditibus aliarum[116] ecclesiarum que sunt de mea capella pro ut mihi placuerit exeant. Quia uero uillani[117] de Sieso contra stabilimentum et donatiuum patris mei Sancii regis et meum, canonicos Montisaragonis et clericos de abacia de Sieso egecerunt[118] et contra eorum uoluntatem filios uille ibi posuerunt. Hanc in prenominatis ecclesiis pono consuetudinem quod si aliquis in eis[119] contra uoluntatem abbatis et canonicorum Montis Aragonis potestatem[120], ordinacionem uel aliquod beneficium habere uoluerit, non uendicet quod querit[121], sed[122] mihi et mee posteritati M solidos pectet quicumque sit ille et quod de patre meo rege Sancio uel de me ipse uel eius posteritas acaptauit omni tempore perdat et quod maius est diuine ulcioni subgaceat[123]. Quisquis insuper mee posteritatis mihi uel meis in regno successerit nichil aliut in prenominatis ecclesiis nisi quod dictum est ex debito querere possit sed totum quod in eis est et fuerit libere et quiete canonicos ecclesie Montisaragonis possidere faciat et permitat ita ut ab omnium bonorum retributore in ultimo examinis die istam mereatur uocem audire: Uenite benedicti Patris mei accipite regnum quod uobis a mundi constitucione paraui.

(Signo de Pedro I en caracteres árabes)[124]. Signum regis *(Signo)* Adefonsi. Signum *(Signo)* regis Sancii Nauarre[125].

---

101 Doc. 622/3: *Peynalene.*

102 Docs. 622/3, 4 y 5: *Iuero.*

103 Doc. 622/3: *Uxue et Sancta Maria de Unzue.*

104 Doc. 622/5: *Uilla Çoruc.*

105 Doc. 622/3 *Morel Freto*; doc. 622/4: *Morelofracto*; doc. 622/5: *Morello Freto.*

106 Doc. 622/5: *Caracastello.*

107 Doc. 622/3: *multis.*

108 Doc. 622/3: *nostra.*

109 Doc. 622/3: *eas.*

110 Doc. 622/3: *petitionem.*

111 Docs. 622/3 y 5: *quartam.*

112 Omite docs. 622/3 y 5.

113 Doc. 622/4: *unam in hoste super sarracenos bonam azemilam cum sua tenda et suo azemilero in reditu uero expedicionis capella semper in seruicio regis erit, azemila et tendam abbas Montisaragonis...*

114 Docs. 622/3 y 5: *recuperet.*

115 Docs. 622/3 y 5: *prestet*; doc. 4: *prestabit.*

116 Doc. 622/3: *duarum.*

117 Doc. 622/5: *villam.*

118 Docs. 622/3 y 5: *eiecerunt.*

119 Doc. 622/3: *uiuens.*

120 Doc. 622/3: *posteritatem.*

121 Doc. 622/5: *querat.*

122 Doc. 622/3: *et a mihi et mea posteritaty.*

123 Docs. 622/3, 622/4 y 622/5: *subiaceat.*

124 Doc. 622/5 omite referencia a la firma de Pedro I.

125 Doc. 622/3 omite los signos; doc. 622/4 omite el párrafo.

Facta carta ista firma et stabilis omni tempore in era Mª Cª XXXª VIIª[126], in mense marcio[127] et in obsidione de Calasanz. Regnante me Dei gratia rege[128] Petro Sangiz[129] in Aragone et in Pampilona[130] et in Superarbi et in Ripacurtia et in Osca. Petrus episcopus in Osca et alius Petrus episcopus in Orunia[131] et dominus[132] Poncius episcopus in Rota. Adefonsus frater meus in Biele. Comes Sancius in Erro et in Tafalga[133]. Senior Galindo Sangiz[134] in Funes et in Arguedas. Senior Enneco Fortuniones in Sancta Maria de Uxua et in Anniesse. Senior Lopelopez in Unocastello. Senior Lopegarcez in Arbe[135]. Senior Fortunglopez[136] in Luar. Senior Fortiortiz[137] in Osca et in Montaragone. Senior Eximino Garcez et illo abbate don Galindo in Montesson. Senior Ramon Galin in Stata et in Statella. Don Calbet in Oze[138] et in Alachestro[139]. Garcia Necones merino et Lopefortuniones zaualmedina in Osca et senior Acenargarcez merino in ualle de Funes.

Ego autem Sancius scriptor sub iussionem domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum *(signo)* feci[140].

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 622, n.º 2. Original en letra visigótica.

---

126 Los docs. 622/3 y 622/5 escriben IIIIª.

127 Doc. 622/5: *marcii.*

128 Doc. 622/3: *rex.*

129 Doc. 622/5: *Sanchiz.*

130 Doc. 622/5: *Pampilonia.*

131 Doc. 622/3: *Oruyna.*

132 Doc. 622/5: *dompnus.*

133 Doc. 622/5: *Tafala.*

134 Doc. 622/5: *Senior Galindo Sanchiz in Funies et in Argedas.*

135 Doc. 622/3: *Aierbe;* doc. 622/4: *Airbe.*

136 Doc. 622/5: *Fortunio Lopez.*

137 Doc. 622/4: *Fortioriz.*

138 Doc. 622/5: *Osce.*

139 Doc. 622/3: *Alachesto;* doc. 622/4: *Alchestro.*

140 Doc. 622/3 omite el signo del notario. Doc. 622/4 omite la suscripción del notario. El doc. 622/5 añade: *Sig-(signo)num Michaelis de Colcn publicci oscensis notari, testes huius translati. Sig-(signo)num Johannis Delaturre publici oscensi notarii, testes huius translati. Ego Egidius de Fraga publicus oscensis notarius hoc translatum ab originali translataui et hoc sig-(signo)num meum appossui in testimonium premissorum.*

AHN. Clero. Montearagón. Carp 622, n.º 3. Copia del siglo XIII.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 622, n.º 4. Copia del siglo XII.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 622, n.º 5. Trasunto notarial de Gil de Fraga (s. XIV).

Publica Antonio Ubieto, Colección diplomática de Pedro I..., doc. 62, pp. 298-300.